

ἀναγνώσματος, τὴν λύπην ἀπορρίψωμαι. Βιβλίον δὲ ἡμῖν χρησάμενος τοῦ μακαρίου Ἑσυχίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων· καὶ ἀναπτύξας τὴν βίβλον, εὗρισκω δύο λόγους Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς γεγραμμένους· καὶ εὐθέως ἔγνων τοῦτον εἶναι τὸν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου τὸν ἐχθρόν. Τότε ἀναστὰς ἀπῆλθον, καὶ τὴν βίβλον ἀπέδωκα τῷ δεδωκότι μοι αὐτήν. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Λάβε σου τὴν βίβλον, ἀδελφέ· οὐ γὰρ τοσαύτην ἔσχον ὠφέλειαν ἐξ αὐτῆς, ὅσῃ μοι τὴν ζημίαν προεξένησεν. Καὶ κείνου δὲ τὴν ζημίαν ἀνακρίνοντας, τὰ συμβάντα διηγησάμην· καὶ τοῦ ζήλου πλησθεὶς εὐθέως τῆς βίβλου τοὺς δύο λόγους Νεστορίου ἀπέκοψεν, καὶ πυρὶ παρέδωκεν, εἰπὼν ὅτι· Οὐ μὴ μείνῃ εἰς τὸ κελλίον μου ὁ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας ἐχθρός.

S. MODESTUS Hierosolymitanus († 634)

ENCOMIUM

IN DORMITIONEM SS. DOMINAE NOSTRAE DEIPARAE
SEMPERQUE VIRGINIS MARIAE ¹PG
86bis,
3277

I. Ἄφατος ἡ πανίερος γυνῶσις τῶν σεπτῶν ἑορτῶν τῆς Θεομήτορος Χριστοῦ· ἐπεὶ καὶ τὸ μυστήριον ὑπερένδοξον, καὶ πάσαις οὐρανίαις δυνάμεσι καὶ βροτοῖς ἀκατάληπτον· καὶ πολυποίκιλος ὁ τῆς σοφίας λόγος καὶ ἀπορῇ πρὸς

1701

modi lectionem dolorem una cogitationesque repellerem. Librum autem ipsum acceperam mutuo a beato Isychio presbytero Ierosolymitanae Ecclesiae. Evolvensque librum inveni duos impii Nestorii libros in fine voluminis scriptos, moxque agnovi hunc esse sanctae Dominae nostrae Dei genitricis semperque virginis Mariae inimicum. Tunc surgens abii, librumque illi qui mihi eum accommodaverat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater, neque enim ex eo tantum utilitatis cepi, quantum detrimenti. Cum vero ille detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo Dei succensus protinus duos illos Nestorii libros ex volumine prae-scidit, eosque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominae nostrae sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae inimicus.

PG
86bis,
3278

I. Ineffabilis est sacratissima venerandarum Genitricis Christi Dei festivitatum notitia. Nam et gloriosissimum est mysterium, et omnibus coelestibus potestatibus hominibusque incomprehensibile; et

1701

¹ Viri docti disputant de paternitate huius *Encomii*. Utrumque agitur de *Encomio*, composito VII exeunte saeculo vel VIII ineunte. Cf. Bar III, 49; Cay II, 233, 271, 275; Lau 168; EnC VIII, 1199.

ἐπαινον ἐπαξίως τοῦ θαύματος, τοῦ πᾶσαν γνῶσιν νοερᾶς τε καὶ λογικῆς κτίσεως ὑπερβαίνοντα. Καὶ γὰρ ὡς οὔσης θεόθεν * ἡγιασμένης τῆς κυρίως *3280 καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου, τῶν Χερουδὶμ καὶ Σεραφὶμ ἁγιωτέρας καὶ ἐνδοξοτέρας. Καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ὑπεράπειρον ὕψος· τὸ ἀνφικισμένον ὑπερέκεινα πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων· τῇ ἀκαταλήπτῳ δόξῃ τῶν νοημάτων καὶ θεωρημάτων τοῦ περὶ αὐτῆς θείου καὶ ἀπορρήτου μυστηρίου· οἱ ἐν τῇ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἐκκλησίᾳ θείᾳ χάριτι τοῦ παναγίου Πνεύματος προχειρισθέντες διδάσκαλοι· καὶ ὑπ' αὐτοῦ σθενούμενοι· ἀνιπτάμενοι ἐναρέτως, καὶ εὐσεβῶς ἐμφιλοχωρούμενοι κατ' ἐφικτὸν ὥσπερ ἐν πυροῖσπεῦσιν ἄρμασιν ἡλίου· καὶ δι' αὐτῆς ἐκ τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτῆς Σωτῆρος Χριστοῦ· «Ἐν ᾧ εἰσιν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι», ἐπιτεύξασθαι κατηξιώθησαν τοὺς ἱεροὺς λόγους, οὓς ἐξέθεντο οἱ προλεχθέντες θεηγόροι, εἰς ἐκάστην πανίερων τελετῶν τῆς Θεομήτητος, καὶ δορυφορῆσαι εὐσεβέσι λαοῖς, πρὸς πλοῦτον ἀναφαίρετον, καὶ εὐπρεπεστάτην κόσμησιν πνευματικὴν, καὶ ἔνθεον οἰκοδομὴν ὀρθοδόξων Ἐκκλησιῶν, εἰς δόξαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· καὶ περὶ τῆς πανεντίμου κοιμήσεως αὐτῆς, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐ πέφηναν, ἢ καὶ ἐκθέμενοι οὐκ ἔτυχον οἱ μετέπειτα. Διὸ δὴ καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς θεομητρικῆς κοιμήσεως, πλεῖστοι κεχῆνασιν ὅσοι φιλομαθεῖς, ἡγουν Χριστομαθεῖς, καὶ φιλακροάμενες συνετοὶ τῶν θείων, τὶ ἀπορρήτων

multiformis sapientiae sermo perplexus haesitat ad miraculum pro dignitate laudandum, omnem intellectualis rationalisque creaturae superans * cognitionem. Dei enim quae proprie et vere Mater est, *3279 divinitus est sanctificata, Cherubim et Seraphim sanctior et gloriosior. Et ad tantam quidem altitudinem super omnem immensitatem, et ultra coelestes omnes potestates in incomprehensibili positam gloria spectaculorum et contemplationum divini et ineffabilis de ea mysterii, qui in Christi Dei nostri Ecclesia sancti Spiritus gratia magistri sunt antea constituti, et ab eo roborati, magna sui laude advolarunt; ac veluti in solis curru ignitis equis iuncto pie pro viribus commorantes, tum per eam, tum per Salvatorem qui ex ea prodiit, Christum, *In quo sunt thesauri sapientiae et scientiae absconditi*,¹ digni habiti sunt, qui sacros sermones reperirent, quos in singulis Deiparae venerandis festivitatibus exposuerunt, et in Salvatoris nostri Dei gloriam, pios populos ad numquam amittendas divitias speciosissimumque ornatum spiritualem, et ad divinam orthodoxarum Ecclesiarum aedificationem deducerent. At de veneranda eius dormitione, nescio qui ab iis nihil est proditum, nec eorum posterī de ea quidquam exposuerunt. Propterea in die dormitionis genitricis Dei plurimi aperto ore hiant, quicumque discendi cupidi, seu potius Christianae

¹ Coloss. II, 3.

*3281 μαθεῖν γλιχόμενοι περὶ αὐτῆς· ἥς καὶ * ἕνεκα τῆς τοσαύτης θεαρέστου ἐφέσεως καὶ σπουδῆς αὐτῶν, καὶ τὸν ἔνθεον σκοπόν, τὸν πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον ἀσμενέστατα προσδεχόμενος· καὶ ἐν σεβασμιωτάτῃ ἐπιποθήσει καὶ πεποιθήσει τῇ πρὸς τὴν κυχῆσασαν ἡμῶν τὴν ζωὴν καὶ σωτηρίαν Θεομήτορα συνεχόμενος, καὶ σθενούμενος ἔγωγε ὁ τάλας ἐπὶ τὸ καθεῖναι μέτριον γράμμα κατ' ἐφικτὸν ὥρῃην περὶ αὐτῆς· εὐκλότα θεολογία ληστοῦ συσταυρωθέντος ἐκ δεξιῶν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ αἰτούμενος εὑρεῖν τὸ μέγα ἔλεος, διὰ τῆς παναγίας αὐτοῦ Μητέρος· ἀρξάμενος ἐνθένδε οὕτως, εἰς δόξαν τοῦ Πατέρος αὐτοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος.

II. Βαβαί, ὦ φιλόχριστοι ἀδελφοί, ἡ τὴν ζωὴν τῶν ἀπάντων κυχῆσασα, 1702
τῆμερον πρὸς αὐτὴν εἶναι πεπόρευται, τὴν γεγεννημένην πρὸ αἰώνων ἐκ Πατέρος, καὶ οὖσαν Θεόν, καὶ Θεοῦ Λόγον, ἣν ἔτεκεν ἐν σαρκί, καὶ ἐγαλακτοτρόφησεν ἐξ οἰκείων μαστῶν, τὴν τεκτῆναςαν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, καὶ ζωογονοῦσαν τὰ σύμπαντα, ταύτην ἐκκληρονόμησε, καὶ ὡς μήτηρ, ἐν ἀπολαύσει αὐτῆς γέγονεν ὑπὲρ τὰ οὐράνια καὶ ἐπιγεια ἅγια τάγματα· καὶ αὐτὴν καθάπερ παγκοσμίαν πηγὴν, θεόθεν κόσμῳ ἐπήγαγε, φῶς βροτῶν ὑπάρχουσαν· γέγραπται γάρ, ὅτι· «Ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων». Πρὸς τοῦτο τὸ φῶς ἐπεδήμησε τὸ ἀληθινὸν ἐνυπόστατον καὶ «ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατέρος», καὶ ἐκλάμψαν ἐξ αὐτῆς σεσαρκω-

disciplinae studiosi, divinarumque rerum benevoli solertesque auditores arcanum quiddam de ea discere cupiunt. Tantum autem eorum
*3282 *desiderium, tamque Deo gratum studium fecit, ut divinum argumentum maximeque probandum suscepim. Ac piissima erga Dei Matrem, quae nostram vitam salutemque concepit, incitatus voluntate, fiduciaque roboratus, mediocri quidpiam de ea misellus ego pro viribus mihi scribendum existimaui; et ad eum modum, quo Deum invocavit latro, qui crucifixus est ad dexteram Salvatoris Christi, petens ab eo, ut per sanctissimam eius Matrem magnam impetrem misericordiam, inde ad eius Patris et Spiritus sancti gloriam exordiar.

II. Papae, o Christi amantes fratres, illa quae vitam omnium 1702
peperit, ad eam hodie profecta est vitam, quae genita est ante saecula ex Patre; quae Deus est et Dei Verbum; quam peperit in carne, et lacte de suis uberibus aluit, et quae omnia ex nihilo creavit, et vivificat: eam possedit, et ut mater dum ea frueretur, super omnes erat sanctos ordines tum coelestes, tum terrestres. Illam, quae lux est hominum, veluti mundissimum fontem mundo effudit; scriptum est enim: *Vita erat, et vita erat lux hominum.*¹ Ad hanc lucem profecta est veram et substantialem, ac ad splendorem gloriae Dei et Patris,²

¹ Io. I, 4.

² Hebr. I, 3.

μένον ἐκ Πνεύματος ἁγίου, « φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον »· καὶ ὅτε ἐξελέξατο καὶ ἡρετίσατο κατ' εὐδοκίαν ὁ συναΐδιος τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ Πνεύματος Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, προσλαβεῖν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν, τοῦ συνδοξασθῆναι αὐτῷ ἐν δόξῃ, τὴν παμμακάριστον Μητέρα αὐτοῦ, τὴν μετ' αὐτόν, τῶν πάντων κρείττοτέραν, χαίροντες συνέτρεχον ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι αἰθεροδρομοῦντες εἰς ἐγκόσμιον καταφοίτησιν, ἐξ οὐρανοῦ θεόθεν στελλόμενοι εἰς λειτουργίαν πανσέπτου αὐτῆς κοιμήσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀγάλλονται πᾶσαι αἱ οὐράναι ἅγαι Δυνάμεις, μαθοῦσαι τὸ μυστήριον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα ὑπεράγαθον Σωτῆρα Χριστὸν προσκαλεσάμενον αὐτὴν αἰνοῦσι καὶ δοξολογοῦσιν ὑπερβαλλόντως τὸν ποιήσαντα τὰ * ἄστρα, καθ' ἃ γέγραπται, ἀναδείξαντα αὐτὴν ἐνδοξοτέραν τοῦ οὐρανοῦ, οὐρανὸν τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἐπιγίους λογικοὺς φωστῆρας, λάμποντας τῇ δόξῃ τῆς θείας αὐτοῦ χάριτος, ὑπὲρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα· φήσαντος πρὸς αὐτούς· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου », καὶ ἐκ πάσης λογικῆς καὶ νοεῆς κτίσεως ἐκλεξάμενον γενέσθαι παναγίαν Μητέρα αὐτοῦ, καὶ ὑπερτέραν τοῦ παντὸς χαριτώσαντα αὐτὴν· ᾧ προσδιδέσκει οὐ τολμῶσιν, ἢ ἀτενίσαι οὐ φέρουσι τὰ Χερουβίμ, καὶ προσκυνοῦσι σὺν τῷ παναγίῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ἀπαύστως βοῶσαι·

*3284

qui ex ea incarnatus est e Spiritu sancto, *et illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*.¹ Et quando statuit, ac decrevit iuxta beneplacitum coaeternus Patri suo et Spiritui sancto Christus Deus noster apud se illam assumere beatissimam Matrem suam, omnium secundum illum praestantissimam, ut conglorificaretur cum ipso in gloria, tum laetabundi angeli et archangeli, cursu per aethera inito, in hunc mundum delabentes, divinitus missi de coelo ad augustissimam eius dormitionem concurrerunt. Sed et exsultant coelestes omnes sanctae Potestates mysterii consciae; et ex ea natum sanctissimum Salvatorem Christum, qui eam advocavit, collaudant; et astrorum conditorem, ut scriptum est, supra modum glorificant, qui eam coelo reddidit gloriosiore, coelumque constituit divinitatis suae; fecitque * per ipsam, ut terrestria rationalia luminaria super solem, et lunam, et astra collucerent sua divinae gratiae gloria, qui iis dixit: *Vos estis lux mundi*.² Et ex omni rationali et intelligenti creatura illam elegit in sanctissimam Matrem suam, eamque sua plenam gratia supra modum omnem sustulit: in quem respicere, aut oculos intendere non sustinent Cherubim; eumque cum sanctissimo eius Patre et Spiritu adorant, et incessanter clamant, *Sanctus, sanctus, sanctus*

*3283

¹ Io. I, 9.² Matth. V, 14.

« Ἄγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ ». Τὸν δι' αὐτῆς καὶ τὴν κτίσιν ἐκ δουλείας ἐλευθερώσαντα, καὶ τὴν μεγίστην παγκόσμιον χαρὰν δράσαντα, καὶ φήσαντα ταῖς ἄνω Δυνάμεσι· « Συγγάρητέ μοι ». Δι' αὐτῆς γὰρ εὐρηται ἡ βροτογενὴς δραχμή, καὶ ὑπέδωκε τὴν τοῦ προβάτου δορὰν ὁ ποιμὴν ὁ καλός, καὶ ἔσωσε τὸ πεπλανημένον λογικὸν πρόβατον, ἅρας ἐπ' ὧμων, εὐφραινόμενος Κύριος τῶν Δυνάμεων, ὁ ἐξ αὐτῆς σὰρξ γενόμενος ἀτρέπτως, καὶ ἀγιάσας αὐτὴν εἶναι θεοδόχον χωρίον, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ κατ' εὐδοκίαν γέγονε γεωργός, καὶ φυτουργὸς τὸ πανάγιον Πνεῦμα· ἐξ οὐπερ Χριστὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς αὐτοῦ ἐκαρποφορήθη ἄμπελος ἀληθινή εἰς εὐφροσύνην οὐρανίων ἁγίων Δυνάμεων, καὶ σωτηρίαν ἐπιγείων βροτῶν, φάσιων ἐν Εὐαγγελίοις· « Ἐγὼ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ Πατὴρ μου ὁ γεωργός ἐστι ». Πρὸς ταύτην ἐφοίτησεν ἡ Θεομήτωρ, ἣν ἐκαρποφόρησεν, ἄμπελον ἀληθινήν, * δρέψασθαι τοὺς βότρυας τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, εὐφραينوμένη ἐπὶ τοῦ καινοῦ αὐτῆς γεννήματος, ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατατρυφῶσα τοῦ ζωοποιοῦ οὐρανοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, ζωοποιουμένη ὑπ' αὐτοῦ εἰς αἰῶνας, οἰκονομήσαντος ἐκ πανάγων λαγόνων αὐτῆς, καὶ προσελθόντος εἰς μέθεξιν βροτῶν, στηρίζοντος καρδίας ἐν ὁρθόδοξῳ πίστει αὐτοῦ· ἡ ἐλαιοφορήσασα ἡμῖν, ὡς Θεογεώργητον χωρίον τὴν πηγὴν τοῦ ἐλέους Χριστόν, ὑπερπληροῦντα τὰ σύμπαντα τοῦ ἐλέους αὐτοῦ.

*Dominus Sabaoth.*¹ Qui per eam creatura in libertatem asserta maximam mundo laetitiam attulit, supernisque Potestatibus dixit: *Congratulamini mihi.*² Per ipsam enim inventa est humana drachma, et bonus pastor ovis pellem induit: et errabundam rationalem ovem sublatam in humeros, gaudens Dominus virtutum servavit; qui ex Maria caro factus est incommutabiliter, eamque sanctificavit, ut esset ager, quo Deus exciperetur, in quo Deus et Pater secundum suum beneplacitum fuit agricola, et plantator Spiritus sanctus, unde Christus unigenitus eius Filius veluti fructus exortus est, vera vitis in gaudium sanctarum coelestium Potestatum et salutem terrestrium hominum: ait enim in Evangeliiis: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.*³ Ad hanc Dei Mater accessit, quam ipsa protulit, vitem veram, ut quasi racemos incorruptibilitatis, et immortalitatis inde decerperet, novo suo gaudens fructu in regno coelorum. Verum vivifico vitae * coelesti pane quasi deliciis delectata, ac ab illo vivificata est in aeternum, qui ex purissimis eius ilibus incarnatus in hominum prodiit communionem, et in orthodoxa fide sua corda firmavit; productaque nobis oliva, tamquam a Deo cultus ager, misericordiae fontem protulit Christum, qui misericordia sua omnia implet.

¹ Isa. VI, 3.

² Lc. XV, 9.

³ Io. XV, 1.

1703

III. Ἦρθη γάρ, ἤρθη πρὸς Κύριον τῆς δόξης, ἡ ἐνεγκαμένη αὐτὸν παμφαῆς νεφέλη, καὶ ἐξαστράψασα τὴν τελείαν αὐτοῦ θεότητα ἐν σώματι, ὑετίζουσα παρ' αὐτοῦ τὰ πανάγαθα χαρίσματα τῇ ὑπ' οὐρανόν. Κακεῖ τετέλεσται τῆς κατὰ τὸν προφήτην νοητῆς σελήνης ὁ ὑπερκόσμιος δρόμος, ἐξ ἧς ἐλήφθη ὁ ἥλιος εἷς ὢν τοῦ τρισηλίου τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, ὡς φησιν ἡ πατρικὴ ἐκφαντορία. « Καὶ ἔσται ἐν τῇ τάξει » τῆς παρθενίας αὐτῆς, ἡ ἀληθῶς Θεοτόκος, ἡ τὸ σέλας αὐτοῦ φήναςα, πρὸς θεογνωσίαν τοῦδε τοῦ παντός. Ἐν δὲ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δέδεκται ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ ἡ Θεότευκτος οἰκία τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ οἰκῆσαντος ἀπεριγράπτως ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ βρέφους γενομένου, ἐννεαμηνιαίου μεμενηκότος, ὃς ἦν Θεὸς ἀχώριστος τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ Πνεύματος· καὶ εἰς τὴν κρειττοτέραν πασῶν μονῶν μονὴ γενομένη τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, ἡ ἀκατάλυτος μονή, ἡ ἀκούσασα παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριήλ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σε, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον Υἱὸς Θεοῦ κληθήσεται », τοῦ δοξασθῆναι ὑπὲρ τὰ οὐράνια καὶ ἐπίγεια ἅγια τάγματα. Ἀπὸ τῶν τῆδε μετεφυτεύθη, ὥσπερ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ἡ βροτοφνὴς πυροφόρος βάτος τῆς θεότητος, ἐν χώρᾳ ζώντων, συναστράψαι ἐν φωτὶ προσώπου Χριστοῦ τοῦ

PG
86bis,
3285

1703

III. Sublata enim, sublata est ad Dominum gloriae nubes illa lucidissima, quae illum gestavit, et perfectam eius divinitatem in corpore tamquam fulgur emittens, ab eo in omnem terram, quae sub coelo est, optima charismata depluit. Atque ibi perfectus est intelligibilis lunae, iuxta prophetam, supermundanus cursus, ex qua conceptus est unus sol e triplici consubstantialis Trinitatis sole, ut tradit paterna mysteriorum doctrina. *Et stetit in ordine*¹ virginitatis suae Dei vere Genitrix, ipsius splendorem ostendens, ut Deum mundis hic cognosceret. In domo autem Dei et Patris illa excepta est cum exultatione et ineffabili gaudio, quae a Deo facta est habitaculum Filii sui, qui in ipsa incircumscripse habitavit, et ex ea incarnatus ex Spiritu sancto, et factus infans novem menses mansit in utero, qui est Deus a Patre suo et Spiritu sancto inseparabilis: quae domiciliorum omnium praestantissimum, consubstantialis Trinitatis facta domicilium, idque individuum, audiit ab archangelo Gabriel: *Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque, quod ex te nascetur sanctum, Filius Dei vocabitur*,² ut supra coelestes et terrestres sanctos ordines glorificetur: unde huc transplantatus est tanquam de gloria in gloriam in mortali forma rubus ardens divinitatis in terram viventium, ut simul coruscaret lumine personae

PG
86bis,
3286¹ Habac. III, 11.² Lc. I, 35.

*3288 Θεοῦ, ἐν αὐτῇ ὀλικῶς καὶ ἀληθῶς κυοφορηθέντος, * καὶ ὑπ' αὐτοῦ φυλαχθεῖσα ἀφλεκτος, ἡ μόνη ἐν γυναιξίν εὐλογημένη Παρθενομήτωρ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὡς ἀειθαλῆς ῥάβδος Ἰεσσαὶ πρὸς ὃν ἐδιδάστησεν ἐν σαρκὶ θεόφυτον ὄντα τοῦ Πατρὸς, οὗ τὸ μέγεθος ὑπεράπειρον καὶ ἀκατάληπτον, τέρπον τῇ ὥρᾳ καὶ μεθέξει τῆς ἐπικαρπίας τὰς οὐρανίους ἀγίας Δυνάμεις, καὶ τὸν χωρὸν τῶν ἀγίων, ἰδεῖν ἐν παρρησίᾳ ὑπὲρ πάντας τὴν αὐτοῦ τερπνότητα. Προσκέκληκε γὰρ Κύριος τῶν δυνάμεων τὴν ὑπὲρ πάσης γῆς ἐκλεκτὴν αὐτοῦ ἄρουραν, ὃ ἐξ αὐτῆς ὥσπερ ἄσπορος στάχυς βλαστηθεὶς, οὗ ὁ σῖτος ἀχώρητος καὶ ἀδαπάνητος, τρέφων ἀεὶ τὰ σύμπαντα μὴ δαπανώμενος, χωρούμενος ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς κόλποις· εἰς τὸν οὐράνιον νυμφῶνα εἰσῆλθεν ἡ γενομένη πανένδοξος νυμφῶν, τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως τῶν φύσεων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ἐπουρανοῦ Νυμφίου, οὗ ἐφίενται τῆς ὑπερφουδῆς ὠραιότητος πᾶσαι αἱ ἀγίαι Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν· καὶ μετωκίσθη ἐν τῇ ἄνῳ Ἰερουσαλὴμ ἡ πανάχραντος νοητὴ παστάς, ἐξ ἧς προῆλθεν ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, τὴν πρὸς ἡμᾶς κάθοδον δεδρακώς, ἐν στρατιώτου μορφῇ τροπώσάμενος τὸν ἐχθρὸν σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀνδρωθεὶς Χριστὸς ὁ Θεὸς τὴν ὀρθόδοξον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν ἐνυμφεύσατο, ὑπὲρ ἧς καὶ τὸ τίμιον αἷμα ἐξέχεε, καὶ τὴν ψυχὴν προσήκατο, καθὰ ὁ πολὺς τὰ θεῖα, τὸ φῶς τοῦ κόσμου Παῦλός φησι· «Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς

*3287 Christi Dei, quem omnino et * vere gestavit in utero, et per eum servata est incombusta, sola inter mulieres benedicta Virgo Mater. Sed ut semper florens virga Iesse progerminavit in carne divinum germen Patris, cuius magnitudo infinita et incomprehensibilis pulchritudine, ubertate et communione fructuum, coelestes delectat sanctas Potestates, chorumque Sanctorum, ut cum fiducia prae omnibus ipsius videant iucunditatem. Designavit enim electum ex omni terra arvom suum Dominus virtutum, qui ex ea, tanquam non sata spica germinavit: cuius frumentum neque satietatem parit, neque circumscribitur loco, neque consumitur, semper omnia nutriens et inconsumptum, sinu Patris continetur. In coelestem thalamum ingressa est illa, quae facta est gloriosissima Sponsa unionis hypostaticae duarum naturarum Christi veri Sponsi coelestis, cuius admirandam desiderant pulchritudinem sanctae omnes coelorum Potestates. Et translatus est ad eam, quae sursum est, Ierusalem intemeratus intelligibilis thalamus, ex quo processit Rex saeculorum, qui in militari forma ad nos descendit, atque hostem cum eius copiis in fugam vertit. Sed et ubi ad virilem Christus Deus adolevit aetatem, orthodoxam sibi suam despondit Ecclesiam, pro qua suum effudit pretiosum sanguinem, animamque proiecit, iuxta id, quod magnum illud in divinis rebus mundi lumen Paulus ait: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem*

Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἑκκλησίαν »· καὶ γέγονεν ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἡ ἀνωτέρα τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ, ἀναδειχθεῖσα ἀληθῶς, ὡς Μήτηρ τοῦ Δεσπότης αὐτῶν.

1704

IV. Εὖ περαιωσαμένη δὲ τὸν πλοῦν τοῦ βίου, ἡ Θεοφερὴς λογικὴ ὁλκάς πρὸς τὸν πανεύδιον λιμένα αὐτῆς, ὁμοῦ καὶ κυβερνήτην τοῦ παντὸς μεθώρμισε, τὸν δι' αὐτῆς σεσωκότεν καὶ ζωογονήσαντα τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐκ κατακλυσμοῦ ἀσεβείας καὶ ἁμαρτίας. Ὁ ἐν Σινᾷ νομοδότης, καὶ ἐκ Σιών νομοθέτης αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐντεῦθεν πρὸς αὐτὸν κομίσαι μετεστείλατο τὴν αὐτοῦ κιβωτὸν τοῦ ἁγιάσματος, περὶ ἧς ὁ ταύτης προπάτωρ Δαβὶδ ἐψάλε λέγων· «Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ * κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματος σου». Οὐ κατὰ τὴν πάλαι Μωσαϊκὴν, ὑπὸ βοῶν φερομένην, ἀλλ' ὑπὸ στρατιᾶς οὐρανοῦ ἁγίων ἀγγέλων ὁδηγουμένην καὶ δορυφορούμενην· οὐ χειροποίητον, περιεκαλυμμένην χρυσίῳ, ἀλλὰ Θεόκτιστον οὖσαν λογικὴν, καὶ πάντοθεν ὑπεραστράπτουσαν ταῖς μαρμαρυγαῖς τοῦ ἐπιφοιτήσαντος ἐπ' αὐτὴν παναγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος· οὐ στάμνον μάννα ἔχουσαν καὶ πλάκας διαθήκης, ἀλλὰ τὸν τοῦ μάννα χορηγὸν καὶ τῶν ἐπηγγελμένων αἰωνίων ἀγαθῶν Κύριον τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης, ἐξ αὐτῆς νηπιάσαντα, καὶ ἐλευθερώσαντα τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου· οὐ ῥάβδον Ἀαρὼν φέρουσαν, καὶ ἄνωθεν Χερουβὶμ δόξης, ἀλλ' ἐκείνων ἀσυγκρίτως ἐνδοξοτέραν ὑπάρχουσαν, ῥάβδον Ἰεσοῦ καθ'

PG
86bis,
3288

*3289

*dico in Christo et in Ecclesia.*¹ Fuit autem in coelorum regno superior Cherubim et Seraphim, vere facta Mater Domini eorum.

1704

IV. Cum autem bene peregrisset vitae cursum Deifera rationalis navis, ad tranquillum suum appulit portum, simul et ad mundi gubernatorem: qui per ipsam ab impietatis et peccati diluvio servavit, et vivificavit humanum genus. Qui in Sinai dedit legem, et ex Sion legem tulit ipse Deus noster, inde misit, qui ad se ferret suam arcam sanctificationis; de qua progenitor ipsius David cecinit dicens: *Surge, Domine, in requiem tuam; tu et arca sanctificationis tuae.*² Neque vero illam, sicut * Mosaicam, trahunt boves, sed coelestis sanctorum angelorum exercitus deducit, et stipat. Neque est manufacta, et auro obducta; sed a Deo condita rationalis, et undique micans fulgoribus sancti et vivificantis Spiritus, qui in eam supervenit. Neque mannae urnam habet, neque tabulas testamenti; sed mannae suppeditatorem et promissorum aeternorum bonorum Dominum novi et veteris Testamenti; qui ex ea infans prodiit; omnesque, qui in illum credunt, a legis maledictione liberavit. Neque Aaron virgam, neque superne habet Cherubim gloriae; sed illis longe gloriosiore sine comparatione

PG
86bis,
3287

*3290

¹ Ephes. V, 32.

² Ps. CXXXI, 8.

ὑποφητικὴν ἐκφαντορίαν, καὶ ἐπισκιαζομένην ὑπὸ θείας παναλκυστάτης δυνάμεως τοῦ ὑψίστου Πατρὸς· καὶ οὐ συμπροαγομένην Ἑβραϊκῶ κατ' ἐκείνην, ἀλλ' ἐπομένην Θεῷ ἐξ αὐτῆς ὁφθέντι ἐπὶ γῆς σαρκί, καὶ μακαριζομένην ὑπὸ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων εἰς δόξαν τοῦ μεγαλύνοντος αὐτὴν ὑπὲρ τὰ οὐράνια καὶ ἐπίγεια τάγματα, βοῶσαν ἐν θείῳ στόματι καὶ λέγουσαν· «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον· καὶ ἡγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου», καὶ τὰ καθεξῆς.

V. Τοῖνον ἠύλισθη ἁληθῶς ἀναλάμψαι ἐν ταῖς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης λαμπρότησιν ἢ νοητῇ αὐτοῦ φασφόρος ἑῷα, κληθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἀνατελλαντος καὶ φωτίσαντος τὰ σύμπαντα, δι' ἧς καὶ ἡ ὑπερβάλλουσα λαμπρότης τὰς ἡλιακὰς αὐτὰς ἀκτῖνας, ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς ἐκκέχυται ἐφ' ἡμᾶς, ἀναζωπυροῦσα τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν πρὸς μίμησιν, ὡς ἐφικτόν, τῆς θείας χρηστότητος καὶ ἀγαθότητος αὐτοῦ. Ὁ γὰρ ἐκ ταύτης τῆς Ἀειπαρθένου σάρκα ἐνδυσάμενος ἔμψυχον καὶ ἔνουν ἐκ Πνεύματος ἁγίου Χριστὸς ὁ Θεός, προσκαλεσάμενος αὐτὴν ἐνέδυσεν ἀφθαρσίαν σύσσωμον, καὶ ὑπερενδόξως ἐδόξασε, τοῦ γενέσθαι κληρονόμον, ὡς παναγίαν Μητέρα αὐτοῦ· καθ' ἃ καὶ ὁ Ψαλμωδὸς ψάλλει· «Παρέστη ἡ βασιλίς σου ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη». Σκεῦος * τίμιον καὶ ἱερώτατον, τῶν ἱερῶν ἱερώτερον, ἢ γεγонуῖα Θεοτόκος, «καταλαβοῦσα τὸν

1705

virgam Iesse iuxta prophetica doctrinam, et divina altissimi Patris potentia obumbratur: nec, ut illa, Hebraico praeit populo, sed pone sequitur Deum, qui in ipsa carne apparuit in terra, et beata ab angelis hominibusque salutata est ad eius gloriam, qui super coelestes et terrestres ordines eam magnificavit: exclamavit enim: *Magnificat anima mea Dominum: et exsultavit Spiritus meus in Deo salutari meo.*¹ Et caetera.

V. Re vera igitur, ut luceret, demorata est in splendoribus solis iustitiae lucifera spiritualis aurora, ab eo vocata, qui ab ipsa ortus mundum illuminavit. Per eam splendor ille, qui vel ipsos solis radios superat, in misericordia et miserationibus in nos effusus est; et fidelium excitat animas ad imitandum pro viribus illius divinam bonitatem et benignitatem. Ex hac enim perpetua Virgine Christus Deus, carne ex Spiritu sancto indutus animata et mente praedita, illam elegit et concorpore induit incorruptibilitate, ac supra modum glorificavit, ut sua esset haeres, utpote sanctissima sua Mater; iuxta ea quae cecinit Psalter: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate.*² Vas illud pretiosum et sacratissimum, et quavis sancta re sanctius, Deipara * Virgo pretiosam suam adeptam

1705

¹ Lc. I, 46, 47.² Ps. XLIV, 10.

πολύτιμον αὐτῆς μαργαρίτην», κατηγλαΐσθη εὐπρέπειαν τῆς ὑπερκοσμίου κοσμιότητος αὐτοῦ, «οὐπὲρ ἐστὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον», καὶ δι' οὗ «βασίλεις βασιλεύουσι»· τὸν οὐρανόνθεν ἐξαστράψαντα ἐν αὐτῇ, καὶ σωματωθέντα ἐκ παρθενικῶν λαγόνων αὐτῆς· οὕσα ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάσῃ τοῦ βίου, καὶ προσελθόντα ἀντίλυτρον ἑαυτὸν δωρησάμενον ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου δουλείας ἀπολυτρώσεως, καὶ εὐθὺ τομήσασα ὑπεράγαγε ἐξαισιῶς τὴν ἔγχρονον ὁδοιπορίαν τοῦ βίου, κατήντησε πρὸς τὴν ἀληθινὴν χαρὰν τῶν ὅλων, ἢ ἀφράστως κυήσασα αὐτὴν ἐν τῇ φύσει ἡμῶν, τὴν οὕσαν φύσει Θεὸν ἐκ Θεοῦ γεγεννημένην πρὸ τῶν αἰώνων, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων ὁφθεῖσαν δι' αὐτῆς ἐπὶ γῆς, καὶ ἐμπλήσασαν τὰ οὐράνια καὶ ἐπίγεια τῆς θείας αὐτῆς ἀγαλλιάσεως, καὶ τῆς Εὐσας τὴν λύπην ἀπελασμένην εἰς τέλος.

1706

VI. Σήμερον δὲ ὁ ὑπὸ θεσπεσίου Προφήτου προαγορευθεὶς «ἀκρογωνιαίος λίθος» τοῦ ἰδίου ὅρους τὴν θαυμαστὴν μετέστασιν δέδρακε, τοῦ ὑπερ-εξαίροντος πάσης κτίσεως ἐν ὑψώμασι δόξης· ἐξ οὗπερ «ἄνευ ἀφῆς τμηθείς» Χριστὸς ὁ Θεός, «κατέρωθωσεν ἅπασαν τὴν οἰκουμένην», οἰκοδομήσας ἐν αὐτῇ τὰς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως αὐτοῦ Ἐκκλησίας, ὅπως ἂν οἱ εὐσεβεῶς διὰ τοῦ αὐτοῦ ὅρους πρὸς αὐτὸν καταφεύγοντες ῥυσθῶσιν ἐκ πάσης

PG
86bis,
3292

*margaritam*¹ splendidissimo illius ornatu egregiam suam formam illustravit, cuius est *aurum et argentum*² et per quem *Reges regnant*.³ Atque illa quidem erat in huius vitae mari, cum ille e coelo in illa refulsit, et ex eius virginalibus ilibus incarnatus est. Cumque prodiiisset in lucem, dedissetque se pretium pro asserendo e servitute in libertatem mundo, statim illa mirum in modum temporalem huius vitae persecuta est viam, et ad illud verum universi gaudium devenit, quod illa in utero gesserat, quod natura Deus ex Deo ante saecula, per eam novissimis temporibus in terra apparuit, summotoque tandem Evae dolore, divina exsultatione sua coelum et terram implevit.

1706

VI. Hodie vero qui appellatus est olim a Propheta *Lapis angularis*,⁴ mirifice proprium transtulit montem, qui in altitudinem gloriae sese super omnem creaturam attollit; unde *sine contactu abscissus*⁵ Christus Deus *correxuit orbem terrae*,⁶ orthodoxae fidei suae aedificatis Ecclesiis; ut qui ad eum pie per eundem montem confugerint, ex omnis haereseos impietate liberentur; iuxta illud Scripturae: *Omnis*

PG
86bis,
3291¹ Matth. XIII, 46.² Aggae. II, 9.³ Prov. VIII, 15.⁴ Ps. CXVII, 22.⁵ Dan. II, 45.⁶ Ps. XCV, 10.

δυσσεβοῦς αἱρέσεως, καθ' ἃ φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερόν, ὅτι « Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ κατασχυνηθήσεται ». Ἀπηνέχθη γὰρ ἡ τῶν θείων χαρισμάτων ἐσφραγισμένη « πηγὴ τοῦ Κυρίου Ἀειπάρθενος » εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, δι' ἧς πεπότισται ὁ τῆς ὀρθοδόξου Ἐκκλησίας παράδεισος, καὶ συνεστάθη ὑπὸ τοῦ γεννωμένου ἐξ αὐτῆς δευτέρου Ἀδάμ· καὶ ὡς ναμάτων πηγῆς ἐκ παρθε-
 νικῶν αὐτῆς πηγῶν, ἤτουν μασθῶν, πεπωκότος, καὶ ζωοποιήσαντος τὸν
 *3293 θανατωθέντα πρωτόπλαστον Ἀδάμ. Σήμερον ἡ τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην οὐ-
 ρανοῦ καὶ * γῆς ὑπερφυῶς δεξαμένη λογικὴ σκηνὴ κατὰ σάρκα, συνέσταλται,
 καὶ καθίδρυται σύσσωμος ὑπ' αὐτοῦ ἐν ἀφθαρσίᾳ εἶναι σὺν αὐτῷ αἰωνίως,
 « εἰς σκέπην κραταίαν », καὶ σωτηρίαν καὶ προστασίαν ἡμῶν ἀπάντων Χρι-
 στιανῶν.

PG
86bis,
3293

VII. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, τῆς μετὰ τόκον
 Ἀειπαρθένου, καὶ ἐν τῷ τάφῳ μὴ παθούσης τῷ ζωοδόχον σώματι διαφθοράν,
 φυλαχθείσης ὑπὸ τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτῆς παντοδυνάμου Σωτῆρος Χρι-
 στοῦ. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς « πνεύματα
 καὶ ψυχὰι δικαίων τετελειωμένων » κατηξιώθησαν τῆς θείας παρὰ Χριστοῦ
 αἰωνίας παρακλήσεως. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου,
 δι' ἧς ἀνεκτίσθημεν μυστικῶς, καὶ ναὸς τοῦ Θεοῦ γεγονάμεν. Ὡ παμμακα-
 ρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς προῆλθεν ἡ παγκόσμιος δι-

1707

*qui credit in illum, non confundetur.*¹ Deductus est enim divinatorum
 charismatum *Fons Domini signatus*² in eius occursum semper Virgo,
 per quam irrigatus est Ecclesiae orthodoxae paradisos; et a secundo
 conditus, qui ex ea natus est, Adam; quique e virginalibus scate-
 bris, id est uberibus tamquam fontis fluente ebibit, et mortuum pri-
 mum parentem Adam vivificavit. Hodie rationale tabernaculum,
 *3294 quo mirum in modum exceptus est in carne Deus et Dominus coeli
 et terrae, ab eo compositum est, et * consecratum; ut sit in aeternum
 incorruptibilitatis consors cum ipso *ad fortem protectionem*³ et sa-
 lutem tutelamque omnium nostrum Christianorum.

PG
86bis,
3294

VII. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, post partum
 semper Virginis; quae corporis, quo vita continebatur, nullam passa
 est in sepulcro corruptionem, carnem servante, qui ex ea natus est,
 omnipotente Salvatore Christo. O beatissima dormitio gloriosissimae
 Deiparae, per quam *Spiritus et anima iustorum*,⁴ qui consummati
 sunt, divina aeternaque consolatione, quae a Deo proficiscitur, digni
 habiti sunt. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam

1707

¹ Rom. X, 11.

² Cantic. IV, 12.

³ Eccli. VI, 14.

⁴ Dan. III, 86.

φύλης ἱασις, ἰωμένη σωματικῶς καὶ πνευματικῶς εἰς περιεκτικωτάτην εὐεξίαν τῆς οἰκουμένης. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς δεδόξασται καὶ μεμακάρισται ἡμῶν τὸ γένος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ, ὡς σῶμα αὐτοῦ ἀδιαίρετον, καὶ ἀνυμνεῖται καὶ προσκυνεῖται ἀπὸ « ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων », καθ' ἃ γέγραπται. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς ἐλάβομεν « τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν », καὶ λελυτρώμεθα ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς ἀνεκαινίσθη τὰ σύμπαντα, καὶ ἤνωται τὰ ἐπίγεια τοῖς οὐρανίοις, καὶ αἰνεῖ καὶ βοᾷ σὺν αὐτοῖς· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία ». Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος ἡ ὑπερβάλλουσα ἀνείκαστος φιλανθρωπία δέδεικται εἰς ἡμᾶς, θαυματοποιῶσα τὰς ἁγίας Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, καὶ ἡμᾶς διεγείρουσα πρὸς ἐξομολόγησιν καὶ αἶνον ἁπαυστον τῆς ἀφάτου εὐσπλαγχνίας καὶ ὑπεραγαθότητος αὐτῆς. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, περὶ ἧς προφητῇ καὶ δίκαιοι ἐπεδῶν * τῇ Θεοφθέγκτῳ αὐτῶν σάλπιγγι, ἐπιθυμοῦντες ἐπιτευξασθαι τὴν παμπόθητον αὐτῆς ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ ἐξ αὐτῆς

*3296

mystice recreati sumus, et facti templum Spiritus sancti. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam ad nos duplex est profecta sanatio, quae animabus, corporibusque ad optimam mundi generalem valetudinem remedium attulit. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae; per quam glorificatum, beatumque praedicatum est genus humanum, in Christo Deo tamquam ipsius corpus individuum, et laudatur et adoratur a *Coelestibus*, sicut scriptum est, *terrestribus et infernis*.¹ O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam accepimus *remissionem peccatorum nostrorum*,² et e diaboli tyrannide redempti sumus. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam renovata est universitas rerum, et in unum cum coelestibus terrestria coaluere, et laudant clamando cum ipsis: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis*.³ O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae; per quam illa declarata est in nos Deitatis in tribus personis subsistentis, maxima clementia, quam nulla cuiquam coniectura assequi licet: quae Virtutes coelorum admiratione afficit; quae nos excitat ad confessionem laudemque perpetuam ineffabilis eius misericordiae et summae bonitatis. O * beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, de qua prophetae et iusti divinae vocis tuba inelamarunt, desiderantes ad optatissimum illum diem

*3295

¹ Philipp. II, 10.² Ephes. I, 7.³ Lc. II, 14.

προήρχετο λυτρούμενος αὐτοὺς Σωτὴρ ἐξ ἀφύκτων δεσμῶν τοῦ ἥδου. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς Θεὸς ἐπὶ γῆς καὶ ἄνθρωπος ἐν οὐρανῷ ὁ αὐτὸς ὢν καὶ γενόμενος ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως, δι' οἶκτον καὶ οἰκονομίαν. Τὴν γάρ ποτε ἀκούσασαν· « Γῆ εἰ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ », ἐνδυσάμενος ἐξ αὐτῆς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἐκάθησεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐπάνω τῶν Χερουβίμ, καὶ Σεραφίμ, καὶ Θρόνων, καὶ Δυνάμεων, καὶ Κυριοτήτων, καὶ Ἐξουσιῶν, καὶ Ἀρχῶν, καὶ Ἀρχαγγέλων, καὶ Ἀγγέλων. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς « Χριστὸν ἐνδεδύμεθα, καὶ τέκνα Θεοῦ κατηξιώθημεν γενέσθαι ». Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς προσελθούσης « τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου », ἀνέφυσαν ὥσπερ κλήματα ἐξ αὐτῆς οἱ πανένδοξοι ἀπόστολοι, ἐκταθέντες μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ ἐπλήρωσαν ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τοῦ ἐναρέτου καρποῦ τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν θαυμάτων αὐτῶν. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, δι' ἧς ἐκλάμψαντος Χριστοῦ τοῦ ὑπερθέου φωτὸς καὶ φωτοποιοῦ, ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ ἅγιοι μάρτυρες, σύμμορφοι γεγονότες τῶν παθημάτων αὐτοῦ, οἱ καὶ μέχρι αἵματος ὁμολογήσαντες αὐτὴν Θεοτόκον, τοὺς τῆς δικαιοσύνης στεφάνους παρ' αὐτοῦ ἐκομίσαντο. Ὡ παμμακαρία κοίμησις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου. περὶ ἧς ἐξ ὕψους κάτεισιν ἄγγελοι, καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ ἐκ

pervenire, cum ex ea prodiit Salvator, qui eos ex inferni inexplicabilibus vinculis liberaret. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam idem est Deus in terris, et factus homo in coeli incommutabiliter et indivise per misericordiam et oeconomiam. Quae enim olim audiit, *terra es et in terram reverteris*,¹ indutus ex ipsa Christus Deus sedet ad dexteram Patris super Cherubim, et Seraphim, et Thronos, et Virtutes, et Dominationes, et Potestates, et Principatus, et Archangelos, et Angelos. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam *Christum induimus*,² et *digni facti sumus qui filii Dei essemus*.³ O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, per quam cum processisset *vera vitis*,⁴ ex ea tamquam palmites gloriosissimi apostoli erupere; qui usque ad terminos terrae diffusi, omnem terram orbem laudabili pietatis miraculorumque suorum fructu impleverunt. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae; per quam cum Christus divino splendentissimoque refulserit lumine, tamquam luminaria in mundo accensi sunt ex illo martyres, ipsius passionibus configurati, qui usque ad sanguinem illam confessi Dei genitricem, ab eo iustitiae coronas reportarunt. O beatissima dormitio gloriosissimae Deiparae, propter quam ex coelorum altitudine

¹ Gen. III, 19.

² Galat. III, 27.

³ Io. I, 12.

⁴ Io. XV, 1.

περάτων γῆς φοιτῶσι θεσπέσιοι ἀπόστολοι, ὡς μόνος ἐπίσταται Θεός, ὁ μυσταγωγῆσας καὶ συναθροίσας αὐτοὺς εἰς πανίερον τελετὴν θεομητρικῆς αὐτοῦ κοιμήσεως, πληρῶν ἐν τούτῳ τὸ πάλαι ὑπ' αὐτοῦ Μωσαϊκὸν πρόσταγμα· « τιμᾶν τοὺς τεκόντας », προσταθέν, ὡς φύσει ὢν φιλότιμος καὶ ὑπεράγαθος ἡμῶν Δεσπότης.

1708

VIII. Βαβαί, οἱ ἐκ Θεοῦ πρὸς παναγίαν καὶ δεδοξασμένην Μητέρα αὐτοῦ ἄγιοι ἄγγελοι ἀπεσταλμένοι, πρὸς τὴν ὑπερτέραν αὐτῶν καὶ πασῶν τῶν οὐρανίων Δυνάμεων, « εὐροῦσαν χάριν » παρ' αὐτοῦ, ἐξ ὕψους οὐρανόθεν πρὸς τὴν ὑψηλότεραν καὶ εὐρυχωρότεραν τοῦ οὐρανοῦ ἀναδειχθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, οὐκ ἀπερινόητον θείαν σύλληψιν μνηύσαι στελλόμενοι, ὡς ποτε ὁ ἀρχάγγελος Γαβριήλ, ἀλλὰ πρὸς τὸν συλληφθέντα ἐν αὐτῇ προστρέψασθαι αὐτὴν ἐπὶ τὴν οὐράνιον βασιλείαν· οὐδὲ κατὰδηλον ποιῆσαι τὸν ἀκατάληπτον αὐτῆς τόκον τῇ ὑπ' οὐρανὸν ποιμέσιν * εὐαγγελιζόμενοι, ἀλλὰ προσλαβεῖν μετὰ δόξης αἰωνίου, καὶ εἰσιεῖναι εἰς τὴν ἄφραστον χαρὰν τοῦ τεχθέντος ἐξ αὐτῆς Κυρίου. Καὶ γὰρ γνόντες, ὡς γέγραπται διὰ τῆς Ἐκκλησίας, « τὴν πολυποίκιλον σοφίαν τοῦ Δεσπότης αὐτῶν », εἰκότως καὶ ἐφίεντο θειωδῶς κατιδεῖν τὴν πανένδοξον αὐτοῦ μητέρα, τὴν ὡς μάλιστα μέν τοι εὐρεθεῖσαν καὶ αὐτῷ

PG
86^{bis},
3296

*3297

descendunt angeli et archangeli, et ex finibus terrae divini veniunt apostoli, ut solus novit Deus, qui eos arcano modo deduxit, et convocavit ad sacratissimam festivitatem dormitionis Deiparae Matris suae, ita implens quod antiquitus ab ipso per Moysen praeceptum fuerat: *Honora parentes*; ¹ natura enim honoris est amans, et optimus Dominus noster.

1708

VIII. Papae, sancti angeli a Deo missi ad sanctissimam et gloriosissimam Matrem suam, quae tum ipsis, tum omnibus coelestibus Potestatibus superior est, quae apud ipsum *gratiam invenit*,² non illi quidem e coelorum altitudine ad eam, quae ab eo amplior coelis facta est et excelsior, missi sunt ad divinam incomprehensibilem conceptionem annuntiandam, ut olim archangelus Gabriel;³ sed ut eam in regnum coelorum ad illum, qui in ea conceptus est, invitarent: non ut incomprehensibilem eius partum universo mundo manifestum * facerent, fausto nuntio allato pastoribus,⁴ sed ut eam cum aeterna gloria assumerent, et in *gaudium* ineffabile introducerent *Domini*,⁵ qui ex ea natus est. Cum enim nossent, ut per Ecclesiam scriptum est, *multiformem Domini sui sapientiam*,⁶ ut consentaneum erat,

PG
86^{bis},
3295

*3298

¹ Exod. XX, 12.² Le. I, 30.³ Le. I, 26.⁴ Le. II, 9.⁵ Matth. XXV, 21.⁶ Ephes. III, 10.

τῷ φύσει ὄντι ἐφετῷ καὶ ἀγαπητῷ Θεῷ τῶν ὅλων περιπόθητον καὶ σεβασμίαν, εἰς σωτηρίαν παγκόσμιον ἐξ ἀρχαίων ἐκλεχθεῖσαν γενεῶν, «κατὰ πρόγνωσιν αὐτοῦ», γενέσθαι Θεοτόκον Ἀειπάρθενον, ἣν καὶ ἔσεσθαι τοῖς ὑποφητικοῖς ὅμμασι προορῶν ὁ προπάτωρ αὐτῆς προφήτης Δαβὶδ ἐν Ψαλμοῖς ἔφασκεν· «Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάβου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ». Ἰδεῖν αὐτῆς καὶ θαυμάσαι τὴν δεδοξασμένην καὶ ὑπερεκλάμπουσαν ἔνθεον ὥραν, δι' ἧς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐξωράισε τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τῇ ὡραιότητι καὶ τῷ κάλλει τῆς θεότητος αὐτοῦ, θεώσας αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ· ἰδεῖν αὐτῆς τὴν κεχαριτωμένην μορφήν, ἐξ ἧς μορφώσας ἑαυτὸν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, βροτόμορφος γέγονεν ἐν ἀληθείᾳ, μέινας δ' ἦν, «ὑπάρχων ἐν μορφῇ Θεοῦ»· ἰδεῖν αὐτοῦ τὴν κρειττοτέραν τῶν ἄνω δυνάμεων ἁγιασθεῖσαν ἐνούσιον ὑπόστασιν, καὶ δοξολογῆσαι τὸν ἁγιάσαντα ὑπερούσιον καὶ ἐνυπόστατον Λόγον τοῦ Πατρὸς, σαρκωθέντα ἐξ αὐτῆς ἐκ Πνεύματος ἁγίου αὐτοῦ. Καὶ διηπόρουν ἴσως ἐννοοῦντες πῶς ἡ βροτογενὴς γέγονε βροτοπλάστου μήτηρ, ἢ τίς αὕτη ἄρα, καὶ πηλίκῃ τοῖς θεομητρικοῖς

pie optarunt videre gloriosissimam eius matrem, quae ab eo, qui natura sua desiderabilis et amabilis est, universorum Deo praecipue inventa est charissima et augusta; quae ad universi salutem ex antiquis generationibus electa est *secundum eius praescientiam*,¹ ut esset Dei genitrix et Virgo perpetua: quam futuram propheticis oculis prospexit progenitor eius David propheta, cum in Psalmis: *Audi, inquit, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum*.² ut viderent, et admirarentur glorificatam et splendidissimam eius divinam pulchritudinem per quam unigenitus Filius Dei Christus Deus noster deificatam in se ipso naturam exornavit humanam formae decore, et pulchritudine divinitatis suae: ut viderent ipsius formam gratia plenam, ex qua cum se ipsum formasset ex Spiritu sancto, revera humana forma praeditus est, manens quod erat *existens in forma Dei*.³ ut viderent excellentissimam prae omnibus superis Potestatibus sanctificatam illam vere existentem naturam, et ut glorificarent illud, a quo sanctificata est, superessentiale et subsistens Verbum Patris, quod ex ipsa incarnatum est ex Spiritu sancto eius. Et fortasse stupore perculsi sunt, cogitantes qui fieri potuerit, ut mortali genere orta illius fuerit mater * qui mortale

*3299

¹ I Petr. I, 2.

² Ps. XLIV, 11-12.

³ Philipp. II, 6.

ιδιώμασι τοῦ αὐτῆς προσώπου, ἢ τὸν ἀχώρητον χωρήσασα, ἢ τὸ πῦρ τῆς θεότητος ἐνεγκραμένη * ἀφλέκτως, ἢ γεννήσασα τὸν Ποιητὴν τοῦ παντός, *3300 καὶ ἐν ἀγκάλαις βαστάσασα τὸν φέροντα τῇ δρακί τὰ σύμπαντα, ἢ περιθαλψαμένη « τὸν ἐπιβλέποντα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιοῦντα αὐτὴν τρέμειν », ἢ θρέψασα αὐτὸν « τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκί », ὅπως ἀνυμνήσωσι καὶ μεγαλύνωσι τὴν ἐντεῦθεν πρὸς Θεὸν ὑπερκόσμιον αὐτῆς ἄφιξιν.

1709

IX. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ προεκπεφασμένοι θεσπέσιοι ἀπόστολοι ἔσπευδον ἐκ πάσης τῆς ὑψηλίου, ὀδηγοῦμενοι καὶ συνεργούμενοι ὑπὸ τῆς ἀνωθεν ῥοπῆς, καταλαβεῖν τὴν, δι' ἧς κατελήφθησαν ὑπὸ Χριστοῦ, παναγίαν Μητέρα καὶ ἡξιώθησαν τῆς ἐν Πνεύματι ἀγίῳ ἀποστολῆς, τὸ ὑπ' αὐτοῦ ὑπεράγαν ἱερώτατον ἀξίωμα, ὡς μάλιστα μὲν ἤδη ἐπιτευξομένην, μέλλουσιν δὲ τότε καὶ προσλαβεῖν τὰ ἐν οὐρανοῖς αὐτοῦ ἀγαθὰ « ἃ ὀφθαλμοὶ οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη », τὰ καὶ δι' αὐτῆς δωρηθέντα βροτῶν τῷ γένει, καὶ φθάσαι ἐπὶ γῆς τὴν ὑπερέκεινα τοῦδε τοῦ παντός ἐν χαρίτεσι παρθενίας Θεοῦ γέφυραν. Ὅθεν ἡ παρ' αὐτοῦ βοήθεια θαυμασία γέγονεν εἰς ἡμᾶς, καὶ ἡμᾶς μὲν ἔσωσε, τοῦ δὲ ἐχθροῦ καθεῖλεν εἰς τέλος τὰ παμπόνηρα μηχανήματα, οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος εἰς τοῦτο αὐτὸ ἐλθὼν. Καθ' ἃ γέγραπται, ὅτι « Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου

PG
86bis,
3300

genus plasmavit; vel quatenam et quanta ipsa esset in personae suae maternis proprietatibus, ut incomprehensibilem comprehenderit; divinitatis ignem incombusta portaverit; mundi conditorem genuerit; qui brachio portat omnia, suis in ulnis eum gestaverit; illum foverit, *qui respicit terram et facit eam tremere*;¹ quae illum, qui *Dat escam omni carni*,² nutrierit: ut hymnis celebrarent et magnificarent illius ex hoc mundo coelestem ad Deum profectionem.

1709

IX. Praedicti item divini apostoli ex omni terra, quae sub sole est, properarunt vi superna ducti et impulsī, ut eam invenirent sanctissimam Matrem, per quam electi a Christo digni facti sunt, qui in Spiritu sancto apostolatū, sanctissimam omnium, quae a Deo tribuuntur, dignitatem assequerentur: quae prope erat ut consequeretur, et perciperet in coelis ipsius bona, *quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt*,³ quae per ipsam humano generi sunt donata: quae virginitatis gratia pons Dei futura erat in terra ultra hunc mundum: unde mirificum ab eo auxilium nobis profectum est; et nos quidem servavit; diaboli vero sceleratas artes in aeternum sustulit, non legatus, non angelus, sed ipse Dominus; qui ad hoc ipsum venit; quemadmodum scriptum est: *Auxilium meum*

PG
86bis,
3299¹ Ps. CIII, 32.² Ps. CXXXV, 25.³ I Cor. II, 9.

τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν », καὶ δι' αὐτῆς γνωρίσαντος ἡμῖν ἀνάβασιν ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ εὐζωίας τῆς εἰς οὐρανὸν φερούσης. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν σεβασμιωτάτῃ προσαγωγῇ ἵεναι πρὸς ἑφάν βλεπούση φω-
 *3301 τοφόρῳ πύλῃ τῇ κατοικοῦσῃ * ἐν Σιών, καὶ οὕσῃ ἐνθαιοτάτῃ προγνώσει τῆς αὐτῆς μετοικήσεως, καὶ ἐξ ἐνεργείας ζωοποιοῦ καὶ παναγίου Πνεύματος προοραθεῖσα καὶ ἐκφανθεῖσα ὑποφητικῶς, ἐν ᾗ ψεῦδος οὐ προσεπέλασεν, ἀλλ' ἡ μόνη παναληθινὴ ζωοποιὸς ὁδὸς ὥδευσε καὶ ἐν αὐτῇ ἤρεν ἡμᾶς πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεός, φάσκων ἐν Εὐαγγελίῳ: « Ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ ». Πρὸς ἣν καὶ παραγενόμενοι ἀρχαγγελικῶς ἐχαιρέτιζον τὴν πανύμνητον Θεομήτορα, καὶ ὡς μέλλοντες προπέμψαι πρὸς Κύριον τὸν σὺν αὐτῇ προπεμφθέντα ὑπ' αὐτῶν εἰς οὐρανοῦς, τοὺς ἐκ θείας χάριτος προπομπίους ὕμνους εὐαγγελιζόμενοι αὐτῇ, οἰονείπως εἰκότως, φάσκοντες·

X. Χαίροις, περιπόθητε Θεῶ, ἔμψυχε ναὲ τοῦ ἀχωρήτου Ὑψίστου, ἐν ᾧ ἡ ἄκτιστος ἐνυπόστατος σοφία Θεοῦ Πατρὸς ἐνοικήσασα, ὠκοδόμησε τὸν ναὸν τοῦ σώματος αὐτοῦ Χριστοῦ ὁ Θεός, ὁ τὴν ἑαυτοῦ ἀνάπαυσιν εὐρὼν ἐν σοὶ εἰς παγκόσμιον σωτηρίαν, καὶ προσλαβεῖν σε εὐδοκήσας εἰς τὴν αἰώνιαν πανένδοξον αὐτοῦ ἀνάπαυσιν. Χαίροις, παναγία Θεοτόκε, ὅτι ὁ βασιλεὺς τῆς

*a Domino, qui fecit coelum et terram;*¹ et per ipsam cognitum nobis fecit ascensum orthodoxae fidei, et beatæ vitæ, quæ ducit ad coelum. Iam vero praevisa et prophetice prænuntiata est in illo augustissimo aditu, seu in illa lucifera porta, quæ posita in Sion ad Orientem respiciebat;² quæque divinissimum fuit * praesagium incolatus, et operationis vivifici et sanctissimi Spiritus; ad quam portam nullum accessit mendacium, sed sola et verissima vivificatrix via per eam processit, et per ipsam nos ad Patrem suum adduxit Dominus noster et Deus, qui dicit in Evangelio: *Ego sum via, veritas, et vita; nemo nisi per me venit ad Patrem.*³ Ad quam cum pervenissent archangelorum modo omnibus celebratam hymnis Deiparam salutarunt, et cum in eo essent, ut illam deducerent ad Dominum, quem antea euntem in coelum cum ea comitati fuerant, hymnos divina gratia conceptos inter prae-eundum concinendo, laeta faustaue nuntiantes, ut consentaneum fuit, in hunc fere modum dicebant:

X. Ave multum Deo desiderabilis, vivum incomprehensibilis Altissimi templum; in quo increata et subsistens Sapientia Dei Patris inhabitavit, suique corporis templum Christus Deus aedificavit; qui suam in te requiem ad universi salutem invenit; teque sibi complacuit ad aeternam et gloriosissimam sui requiem assumere. Ave,

¹ Ps. CXX, 2.

² Ezech. XI, 1.

³ Io. XIV, 6.

δόξης, Κύριος Ἰησοῦς, ὁ αἰρετισάμενός σε γενέσθαι αὐτοῦ νοερὰν βασιλείαν ἐπὶ γῆς, καὶ διὰ σοῦ δωρησάμενος ἡμῖν τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ βασιλείαν, ἐν ταύτῃ σε εἶναι σύσσωμον ἐν ἀφθαρσίᾳ, καὶ πάντων ἐνδοξοτέραν προσέταξεν, εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Χαίροις, ἡ ἀντίληψις ἡ ἔνθεος ἀεὶ τῶν εὐσεβούντων, ἐξ ἧς Χριστὸς ἀντελάβετο ἡμῶν τὸ γένος, « καὶ ὕψωσε κέρας σωτηρίας ἡμῖν », εὐαγγελίσασθαι ἡμᾶς τὸν λόγον τῆς ἀληθείας αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Σώζει γὰρ ἀληθῶς ἐκ πάσης θλίψεως τοὺς ὁμολογοῦντάς σε Θεοτόκον, ὁ μυσταγωγήσας σε Θεὸς γενέσθαι πρὸς αὐτόν, τοῦ πρεσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν. Χαίροις, Ἰωακεὶμ θύγατερ, καὶ μήτερ τοῦ δημιουργήσαντος Θεοῦ τὰ σύμπαντα, ἡ ὑπ' αὐτοῦ προκληθεῖσα εἰς λῆξιν μακαριότητος, τῆς πάσης ὑπερέρας τῶν ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ μακαριζομένων ἁγίων ταγμάτων. Χαίροις, ἱαμάτων πηγῇ, ἡ πηγάσασα τὸν ἰώμενον πᾶσαν νόσον Χριστόν, βρύνοντα μυστικῶς τῆς χάριτος τοῦ ζωοποιοῦ καὶ παναγίου αὐτοῦ Πνεύματος τὰ * ἀλλόμενα ποταμηδὸν εἰς ζωὴν αἰώνιοννάματα, τὸν καὶ μεταστειλάμενόν σε ἐκθρέψαι « ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως αὐτοῦ ». Χαίροις, φωτὸς ἀϊδίου πανένδοξος Μήτηρ, τοῦ φύσει καὶ οὐσίᾳ ὄντος ἀληθινοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ σοῦ λάμψαντος ἐν τῇ ἡμετέρᾳ οὐσίᾳ ἐπὶ γῆς, καὶ « σημειώσαντος ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου αὐτοῦ ». Ὑψ' οὐ καὶ μετὰ δόξης κληθεῖσα θείᾳ χάριτι

*3304

sanctissima Deipara, quod rex gloriae Dominus Iesus, cum te elegisset, ut supra terram esses spirituale eius regnum, ac per te coeleste suum regnum nobis donasset, in eo iussit te in incorruptibilitate corporis secum esse consortem, et omnes gloria superare ad sui Patris et Spiritus sancti gloriam. Ave, perpetuum et divinum eorum auxilium, qui pie Deum colunt, ex qua Christus nostro generi opem tulit, *et erexit cornu salutis nobis*,¹ ut veritatis suae verbum omnibus gentibus annuntiaremus. Quotquot enim te Dei Genitricem confitentur, eos revera ab omni afflictione servat Deus; qui te ad se adduxit, ut apud se esses intercedendi causa pro nobis. Ave, Ioachim filia et Mater Dei, qui condidit omnia; quae ab eo vocata es ad beatitudinis sedem, quae omnem superat sanctorum ordinum beatitudinem, qui tum in coelo, tum in terris beati praedicantur. Ave, fons remediorum; quae Christum effundis, qui sanat omnes morbos; qui vivifici sanctissimique Spiritus sui gratia fluminis modo * mystice emittit fluentia salientia in vitam aeternam; qui te accersivit, ut te *super aquam refectio-*² *nis* suae educaret. Ave, aeterni luminis gloriosissima Mater veri natura et essentia Dei, qui ex te super terram in nostra substantia resplenduit, et *signavit super nos vultus sui lumen*;³ a quo cum gloria

*3303

¹ Lc. I, 69.² Ps. XXII, 2.³ Ps. IV, 7.

εἶναί σε «κατενώπιον ἐν φωτὶ ζώντων». Χαίροις, βροτῶν ἢ πρὸς Θεὸν καταφυγὴ, τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα ἡμᾶς καὶ γενόμενον «ἡμῶν καταφυγὴν καὶ δύναμιν», ἐπιτελοῦντα δι' ἡμῶν μεγάλα, ἰάσεις καὶ δυνάμεις ἐν κόσμῳ, πρὸς ἐπίδοσιν αὐξήσεως Χριστιανῶν ἐκλογῆς, προσκαλεσάμενόν σε, ὃ μακαρία Θεοτόκε, εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἀφάτου εὐσπλαγγνίας καὶ φιλοανθρωπίας αὐτοῦ τῆς γενομένης εἰς ἡμᾶς διὰ σοῦ. Χαίροις, θεόθεν τὸ κειμήλιον τῆς ἐπουρανίου βασιλείας, ἐν ᾧ «ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἵρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου» ἐδορυφορήθη, ὁμυγέρεως χάριν ἑορτῆς ἐπουρανίων ἀγίων ἀγγέλων καὶ ἐπιγείων βροτῶν, τὸ προσταχθὲν ἀνενεχθῆναι ὡς ὑπερέντιμον ἐν τῇ ἅνῳ «Ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτόκων». Χαίροις, Μήτηρ παναγία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, τοῦ γεγονότος διὰ σοῦ μεθ' ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ, καὶ ὥσπερ κατηξιώσέ σε, ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκον ὑμνηθῆναι καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων εὐσεβούντων ἐπὶ γῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐν οὐρανοῖς ὑπὸ ἀγίων ἀγγέλων ὡς πάνσεπτον Μητέρα τοῦ Δεσπότη τοῦ αὐτῶν. Χαίροις, ἱερωτάτῃ Μήτηρ Ἀειπάρθενε, ἡ γεννήσασα τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον· ἤγουν ἐν δύο φύσεσι καὶ θελήμασι καὶ ἐνεργίαις θέλοντα καὶ ἐνεργοῦντα ὡς Θεόν, θέλοντα, καὶ ἐνεργοῦντα ὡς ἄνθρωπον, ἔνα

vocata es Dei gratia, ut sis *coram eo in lumine viventium*.¹ Ave, mortalium perfugium apud Deum, qui ex te nos assumpsit, et factus *nostrum refugium et virtus*.² qui per nos magnas perficit curationes et miracula in mundo ad profectum et augmentum vocationis Christianorum; qui te vocavit, o beata Deipara, in memoriam aeternam ineffabilis misericordiae et dilectionis suae, quae per te in nos exstitit. Ave, divinitus comparatus coelestis regni thesaurus, in quo *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*,³ stipatus est festivitatis gratia a simul congregatis coelestibus sanctis angelis, et terrestribus hominibus; destinatus, ut tamquam pretiosissimus, in supernam *Ecclesiam primitivorum*⁴ asporteris. Ave, sanctissima Salvatoris nostri Dei Mater, qui per te nobiscum fuit, et nos in illo: quique te dignam fecit, quam ut Dei proprie et vere Genitricem tum in terra omnes, qui te colunt, tum maxime in coelis sancti angeli ut augustissimam Domini sui Matrem hymnis celebrent et adorent. Ave, sanctissima Mater semper Virgo, quae genuisti ex te incarnatum ex Spiritu sancto Christum Dei Filium, perfectum in divinitate, perfectum in humanitate; id est in duabus naturis, et voluntatibus, et operationibus volentem et operantem ut Deum; volentem et operantem ut hominem; unum

¹ Ps. LV, 13.

² Ps. XLV, 2.

³ Io. I, 29.

⁴ Hebr. XII, 23.

τὸν αὐτὸν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἔχοντα ἐν ἀμφοτέροις τὴν ἐξουσίαν, πρὸς ὃν καὶ ἐνδημοῦσα ἐν παρῥησίᾳ δυσώπησον οὕτω φρονοῦσαν ἀεὶ εὐσεβῶς φυλαχθῆναι τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν. Χαίροις, σεμνὴ πανάχραντε Θεοτόκε· ὁ γὰρ ἐξ ὕψους ἐνοικήσας ἐν γαστρὶ σου Κύριος ὁ Θεός, μὴ λιπὼν τοὺς οὐρανούς, ὥσπερ ἐν πατρίδι ἐπιγείῳ ἀπεριγράφτως * αὐτὸς κατηξίωσέ σε ἀπὸ ταύτης τῆς προσκαίρου ἐπιγείου πατρίδος παραγενέσθαι εἰς κρεῖττονα ἐπουράνιον πατρίδα, ἣν καὶ διὰ σοῦ ἐδωρήσατο τοῖς ἀγίοις ὡς ἐφιεμένην αὐτοῖς. Χαίροις, ἱλαστήριον τὸ θεϊότατον καὶ θεοῖδρυτον, δι' οὗ ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου προῆλθεν ἱλασμός καὶ Σωτὴρ Χριστὸς ὁ Θεός. Ἐκ σοῦ γάρ, παναγία Θεοτόκε, ἐνδυσάμενος τὸ ἐκ Πνεύματος ἁγίου τῆς σαρκὸς αὐτοῦ παραπέτασμα, προῆλθεν «ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ», ὡς γέγραπται· ὁ προσλαβεῖν σε χρηματίσας, δωρούμενος ἀεὶ, καὶ δυσωπούμενος διὰ σοῦ ἱλασμόν τῇ οἰκουμένῃ. Χαίροις, Μαρία, ὁ νοητὸς καὶ ὑπεργλαέστατος παράδεισος, ὡς ἐκ Πνεύματος ἁγίου καρποφορήσασα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρός φόντα καρπὸν τῆς ζωῆς καὶ ἀθανασίας, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Οὗ μετασχόντες τῇ εἰς αὐτὸν ὁρθῇ πίστει ἐξωποιοίημεν, τὸν τῷ σώματι ἀφθάρτῳ κατασκηνοῦντά σε ἐν παραδείσῳ καὶ διὰ σοῦ ἀνοίξαντα ἡμῖν τὴν εἰς αὐτὸν εἴσοδον. Χαίροις, μερόπων δέσποινα, παναγία Θεοτόκε, ἐξ ἧς ὁ τοῦ παντὸς ὑπέρθεος Θεός καὶ υπεράγαθος ἡμῶν Δεσπότης, κοινωνήσας τῆς τῶν

*3305

eumdemque sine confusione; sine divisione habentem in utrisque potestatem; apud quem cum praesens sis cum fiducia, illum exora, ut Ecclesiam suam semper ita pie sentientem custodiat. Ave, veneranda et immaculata Dei Genitrix: qui enim e coelorum altitudine in utero tuo, non relicto coelo, tanquam in terrena patria Christus Deus habitavit, ipse te dignam fecit, quae ab hac temporali terrena patria ad praestantiores * coelestem patriam proficiscere, quam per te sanctis eam expectantibus donavit. Ave, propitiatorium divinisimum et in Deo fundatum, per quod processit propitiatio mundi universi, salvator Christus Deus. Ex te enim, sanctissima Deipara, indutus ex Spiritu sancto carnis suae velo processit *Sacerdos*, ut scriptum est, *secundum ordinem Melchisedec*;¹ qui apud se statuit te assumere, ut a te exoratus semper orbi terrae tribuat propitiationem. Ave, Maria, spiritualis lucidissimus paradisus: tulisti enim ex Spiritu sancto vitae et immortalitatis fructum, ex Deo Patre genitum, Christum Deum nostrum; cuius per rectam in eum fidem participes, vivificati sumus; qui tibi in incorruptibili corpore tabernaculum in paradiso locavit, et per te nobis illuc aperuit ingressum. Ave, mortalium Domina, sanctissima Deipara, ex qua, qui super omnia est Deus et clementissimus Dominus noster, particeps totius, excepto

*3306

¹ Ps. CIX, 4: Hebr. V, 6.

βροτῶν ἡμῶν φύσεως κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, προῆλθεν ἐν κόσμῳ, κα-
ταξιώσας καὶ ἡμᾶς «κοινωνοὺς γενέσθαι τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως», ὁ χα-
ριτώσας σε εἶναι νοητὴν αὐτοῦ πόλιν, καὶ προσκαλεσάμενός σε «Κύριος τῶν
δυνάμεων ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ». Χαίροις, λιμὴν παγκόσμιε καὶ ὑπερφάεσταις,
ἡ ἀναδειχθεῖσα ὑπὸ Θεοῦ ἀληθῆς Θεοτόκος. Ἐν γὰρ τῷ πελάγει τοῦδε τοῦ
βίου χειμαζομένη ἡ ἀνθρωπότης σέσωσται ἐν σοί, καὶ διὰ σοῦ ἀντεκτήσατο
χαρίσματα καὶ αἰώνια ἀγαθὰ ὑπὸ τοῦ θαυμάσαντός σε ἐν τῷ νῦν καιρῷ καὶ
ὑπερδοξάσαντός σε εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

PG
86bis,
3305

1710

XI. Καὶ οἱ προλεχθέντες ἐσταλμένοι θεόθεν ἅγιοι ἄγγελοι, ἐπιστάντες
τῇ Θεομήτορι, ἅτε νοεροὶ καὶ ἀόρατοι ὄντες, θεασάμενοι τὸ ὑπερένδοξον τῆς
συνούσης αὐτῇ θείας χάριτος καὶ δυνάμεως, ἐξίσταντο ἐκπληττόμενοι εἰς τὸ
περὶ αὐτῆς θεῖον ἀκατάληπτον μυστήριον. Καὶ οἱ μὲν οὗτοι ἔχαιρον καὶ ἠγάλ-
λοντο προσλαβεῖν αὐτὴν ὡς μητέρα τοῦ Δεσπότης αὐτῶν· οἱ δὲ γε ἀπόστολοι
ἀπορφανισθῆναι σωματικῶς τῆς Θεομήτορος ἐλυποῦντο, οὐχ ἦττον τῆς ἱερᾶς
ἐκείνης νυκτός, καθ' ἣν μυσταγωγούμενοι τὰ σύμβολα τῆς τοῦ παντός κό-
σμου σωτηρίας, ἤκουον παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι· «Ἡ λύπη πεπλήρω-
κεν ὑμῶν * τὴν καρδίαν». Εἰτα περιχορευομένης ὁρατῶς καὶ ἀοράτως τῆς
πανυμνήτου Θεοτόκου ὑπὸ θατέρου χοροῦ, ἐνδεχομένων τὸ περὶ αὐτῆς θεό-

*3308

peccato, mortalis naturae nostrae, processit in mundum, nosque
dignos fecit, qui essemus *divinae eius naturae consortes*; ¹ qui ea te
donavit gratia, ut sua esses civitas intelligibilis, teque vocavit *Do-
minus virtutum in civitatem suam*.² Ave, ornatissime et lucidissime
portus, quae a Deo facta es vera Dei Genitrix: iactatum enim in huius
vitae pelago genus humanum in te servatum est, ac per te dona et
sempiterna bona et adeptum ab eo, qui te in praesenti tempore
maximi fecit, et in saeculum saeculi glorificavit.

PG
86bis,
3306

1710

XI. Et praedicti quidem sancti angeli a Deo missi, assistentes
Dei Genitrici, ut qui sunt intellectuales et invisibiles, ut maximam
perspicerent gloriam divinae gratiae et virtutis, quae erat cum illa,
perculsi sunt stupore et extasi ad divinum et incomprehensibile de
ea mysterium. Atque illi quidem gaudebant et exultabant, quod
ipsam suscepturi essent Matrem Domini sui. Apostoli vero, quod
illa, quod ad corpus attinet, orbarentur, non minus angebantur
animo, quam sacra illa nocte, cum initiati symbolis salutis universi
mundi, audierunt a Salvatore Christo: *Tristitia implevit cor vestrum*.³

*3307

* Deinde cum visibiliter et invisibiliter circa Dei Genitricem, omni-
genis canticis celebratam, uterque chorus, dato divinitus de ea man-

¹ II Petr. I, 4.² Ps. XLVII, 9.³ Io. XVI, 6.

θεν πρόσταγμα, ὡς λόγος, κατ' ἐπαγγελίαν αὐτοῦ, οὐκ ἀπηξίωσεν, « ἐν μέσῳ εἶναι », καὶ ὁφθῆναι τῇ Μητρὶ αὐτοῦ ὁ ὑπεράγαθος Χριστὸς ὁ Θεός, ὡς αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσται· ἡ δὲ μακαρία συνεχομένη ἀεὶ τῷ θεομητρικῷ θείῳ πόθῳ πρὸς αὐτὸν θεασαμένη ἐξῆει τοῦ σώματος ἁγίου, « εἰς χεῖρας αὐτοῦ παραθεμένη » τὴν παμμακάριστον αὐτῆς καὶ παναγίαν ψυχὴν.

XII. Βαβαί! κεκοίμηται, κεκοίμηται, κεκοίμηται ἡ τὴν ζωὴν καὶ ἀνάστασιν τοῦ κόσμου γεννήσασα· ἥς τῇ χάριτι μετέχει πᾶσα νοερά καὶ λογικὴ φύσις ζωὴν τὴν αἰώνιον, τὸν σκυλεύσαντα ᾄδην καὶ θάνατον, καὶ « διάβολον καταργήσαντα », καὶ μέλλοντα « κελεύσмати » ἀνιστᾶν τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανόντας, καὶ ἐν αὐτῷ κοιμηθέντας, τὸν πεφυκῆτα καὶ εἰπόντα Κύριον· « Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ »· ἐπομένη αὐτῷ ὡς μήτηρ αὐτοῦ καὶ παναγία, καὶ πρὸς αὐτὸν ὑποφητικῶς οἶονεὶ φάσκουσα· « Οὐκ ἐκοπίασεν ἡ καρδίᾳ μου, κατακολουθοῦσα ὀπίσω σου, καὶ ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησε ». Σήμερον κεκοίμηται ἡ ἀναπαύσασα ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτῆς τὴν τερπνότητα τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ καὶ πασῶν οὐρανίων δυνάμεων, τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῶν καὶ τοῦ παντός, ἐν ᾧ ὡς ὁμοουσίῳ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα ἅγιον καὶ ζωοποιὸν ἐπαναπαύεται, τὸν ὄντως

dato obtemperans, assultaret, clementissimus Christus Deus, ut ferunt, iuxta promissionem suam non est dedignatus esse *in medio eorum*,¹ et Matri suae se in conspectum dare eo modo, qui illi uni cognitus est. Beata autem Maria, materno semper capta divinoque desiderio, in illum respiciens, e sancto egressa est corpore, et beatissimam suam animam *in eius manus commendavit*.²

XII. Papae, obdormiit, obdormiit, obdormiit illa, quae vitam et resurrectionem genuit mundi; cuius gratia omnis intellectualis et rationalis natura particeps est illius vitae aeternae; Dominum scilicet, qui infernum despoliavit, mortem et *diabolum destruxit*,³ et *in iussu* ⁴ suscitabit quotquot unquam mortui fuerint, et in ipso dormierint; quique dicit in Evangelio: *Ego sum resurrectio et vita*.⁵ Illum autem secuta est sanctissima eius Mater, quasi prophetice dicens: *Non turbatum est cor meum te sequens, et diem hominis non desideravi*.⁶ Hodie illa obdormivit, quae in suis ulnis eum conso-pivit, qui est iucunditas Cherubim atque Seraphim, omniumque coelestium Potestatum, ac eorundem requies et mundi; in quo, utpote consubstantiali Filio Dei, requiescit etiam Spiritus sanctus vivificus

¹ Matth. XVIII, 20.

² Ps. XXX, 6.

³ Hebr. II, 14.

⁴ I Thess. IV, 16.

⁵ Io. XI, 25.

⁶ Ierem. XVII, 16.

ὄντα ἀνάπαυσιν, καὶ λέγοντα ἐν Εὐαγγελίοις· « Δεῦτε πρὸς με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, καὶ γὰρ ἀναπαύσω ὑμᾶς ». Καὶ ὅμματα ἅγια καμμύει ἢ τὸν φωστῆρα τῶν ἀπάντων ἐκλάμψασα, ἢ ὡς λυχνία χρυσῇ ἀνέπαφος δαδουχίσασα αὐτὸν ἐν κόσμῳ τὸν ποιητὴν τῶν φωστήρων, « καὶ φυτεύσαντα οὓς, καὶ πλάσαντα ὀφθαλμόν », προσκαλούμενον ἐκ πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. Καὶ δεῖται κηδείας ὑπὸ ἱερωτάτων χειρῶν τὸ πανένδοξον καὶ ζωοδόχον σῶμα αὐτῆς, τὸ πηγάσαν τὴν ἔμφυτον ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἐν τῇ θνητῇ καὶ φθαρτῇ ἡμῶν φύσει τῶν βροτῶν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, τῆς ἐνδυσάσης τὸν « ἀναβαλλόμενον φῶς ὡς ἱμάτιον » Κύριον, τὰ κατὰ σάρκα τῶν μεθελικιώσεων αὐτοῦ ἱμάτια, τεχθέντα ἐξ αὐτῆς.

*3309 XIII. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀνεφέρετο ἐπὶ ἱεροφόρῳ σκιμποδίῳ τὸ ἡγιασμένον θεομητρικὸν σῶμα, ἐξ * οὐπερ ὁ ἀπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη καὶ ἀνὴρ ὁ ὑπερθεὸς Θεὸς ἀληθῶς ἐχρημάτισεν. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπον, φέρων τὸ ἀληθινὸν ἀμίαντον, δι' οὗ προῆλθεν ὁ ἀγιάζων τὰ σύμπαντα. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπον, φέρων ἕτερον ἀχειροποιήτον, « ἐν ᾧ ὁ κλίνας οὐρανοὺς » Θεὸς « τὴν ἀνάπαυσιν αὐτοῦ γενέσθαι ἐξελέξατο ». Ὡς ἱεροφόρε σκίμπον, φέρων τὸ μεῖζον

a Patre procedens; qui denique est vera requies, et in Evangeliiis dicit: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.*¹ Et sanctos quidem oculos clausit, quae fulgendo omnium edidit luminare; quae velut aureum candelabrum sine contactu illum in mundo tamquam facem gestavit, qui luminaria condidit, *qui plantavit aurem, qui finxit oculos,*² qui vocavit omnes ex omnibus terrae finibus in admirabile lumen suum. Verum gloriosissimum eius corpus, quo concepta est vita, ex quo in mortali et corruptibili humana nostra natura prodiit ingenita immortalitas ex Spiritu sancto, et incorruptibilitas a sacris manibus exsequias postulat, corpus, inquam, eius, quae Dominum *lumine amictum velut vestimento,*³ e se natum, ab aetate in aetatem, quod ad carnem attinet, vestibus induit.

*3310 XIII. Tum vero in sacro lectulo elatum est sanctum Dei Genitricis corpus, ex quo compositus est * simplex Iesus, et divinissimus Deus appellatus est homo. O sacer lectule ferens illud vere immaculatum corpus, unde prodiit qui omnia sanctificat. O sacer lectule alium lectum ferens non manufactum, in quo qui *inclinavit coelos,*⁴

¹ Matth. XI, 28.

² Ps. XCIII, 9.

³ Ps. CIII, 2.

⁴ Ps. CXLIII, 5.

τοῦ παντὸς πάναγρον χώρημα τοῦ ἀχωρήτου Θεοῦ. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων τὸ θεόθεν ἐργαστήριον τῆς παγκοσμίου σωτηρίας. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων ἐπουρανίου βασιλέως παλάτιον, τὸ ὑπ' αὐτοῦ κτισθὲν εἰς τὴν οὐσιώδη ἀπερίγραπτον ἐνοίκησιν τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων θαυμαστὸν ὄχημα, ἐφ' οὗ ἐποχούμενος προῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς Θεός, « ὁ καθήμενος ἐπὶ Χερουδίμ », ἐνδυσάμενος ἐντελῶς τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν πορφύραν, « ὁ βασιλεύσας ἐπὶ τὰ ἔθνη », περὶ οὗ καὶ ὑποφητικῶς ἐκπέφασται· « Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, ὡς ἀπὸ ληνοῦ πατητοῦ; » Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων τὸ καθαρῶτατον καὶ ἐκλεκτὸν νοητὸν μέταλλον, ὅθεν καὶ ὁ πλαστοουργήσας Κύριος, ἀνενέωσεν ἑαυτῷ τὸ ἴδιον πλάσμα. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων τὸ ἐξ Ἀβραάμ καὶ Δαβὶδ παμμακάριστον σκηνώμα, ἐξ οὗπερ ὁ πανύψιστος καὶ ἀσώματος Θεὸς προσέλαβε τὸ ἔμψυχον καὶ νοερὸν αὐτοῦ σῶμα, οὐ προϋπάρξαν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἐσχηκὸς τὴν ὑπαρξιν. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων νοητὸν θυμιατὸν τὸ πληρῶσαν τὴν ἅπασαν οἰκουμένην « τῆς εὐωδίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ». Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων τὸ * ἡγιασμένον καὶ ἐμπεπλησμένον σκεῦος τοῦ μύρου τῆς ὑπερθέου θεότητος. Ὡς ἱεροφόρε σκίμπου, φέρων τὸ πανάγιον σῶμα τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, τὸ βασταχθὲν καὶ ἀνυμνηθὲν ὑπ' ἀγγέλων ἁγίων καὶ θεσπεσίων ἀποστόλων εἰς

*3312

Deus, *suam ipsius requiem elegit*.¹ O sacer lectule, ferens quod universo mundo multo maius est, purissimum incomprehensibilis Dei receptaculum. O sacer lectule, ferens divinam universalis salutis officinam. O sacer lectule, ferens coelestis regis palatium ab ipso aedificatum ad substantialem incircumscriptibilem habitationem suae incarnationis. O sacer lectule, ferens admirabilem currum, quo *qui sedet super Cherubim*,² Deus, vectus processit in terram, naturae purpura perfecte indutus; qui *regnabit super gentes*,³ de quo propheticè dictum est: *Quare rubra sunt vestimenta tua tamquam a torculari calcato?*⁴ O sacer lectule, ferens purissimum et electum spirituale metallum, ex quo Dominus conditor proprium sibi renovavit figmentum. O sacer lectule, ferens beatissimum ex Abraham et David tabernaculum, ex quo altissimus et incorporeus Deus accepit anima praeditum rationali corpus suum, quod antea non fuerat, sed in ipso habuit existentiam. O sacer lectule, ferens spirituale incensum, quod *bono Christi Dei odore*⁵ universam terram implevit. O sacer lectule, ferens sanctificatum plenumque vas unguento divinissimae Deitatis. O sacer lectule, ferens * sanctissimum corpus gloriosissimae Dei Genitricis a

*3311

¹ Ps. CXXXI, 14.² Ps. LXXIX, 2.³ Ps. XLVI, 9.⁴ Isa. LXIII, 2.⁵ II Cor. II, 15.

ἐπαινον δόξης τοῦ Ὑιοῦ αὐτῆς καὶ Θεοῦ ἡμῶν· ὃ καὶ ἔθεντο ἐν ζωοδόχῳ μνήματι, εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανή, οἱ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου γενόμενοι, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς τότε εὐρεθέντες ἄγιοι βουλευσάμενοι ἐν τούτῳ, ὡς δι' αὐτῆς ἐξιλεώσασθαι πρὸς ἡμᾶς τὸν ὑπεράγαθον καὶ δίκαιον κριτὴν, τὸν ἐξ αὐτῆς προσελθόντα Χριστὸν τὸν Θεόν, καὶ μέλλοντα ἐξαστράπτειν οὐρανόνθεν μετὰ δόξης, καὶ γενέσθαι ἐκεῖσε, ἔνθα καὶ ὑποφητικῶς ἐκπέφασται, καὶ δι' ἀγγέλων ἁγίων τοῖς θεσπεσίοις ἀποστόλοις κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

PG
86bis
3312

XIV. Ἀλλὰ ποία γνώσεως κατάληψις, ἡ λόγου δύναμις ἐξισχύσει καταλαβεῖν καὶ ἄσαι ἐπαξίως τὰ τότε ὄντα πάμπολλα ἱερώτατα καὶ ἀνέφικτα, τὰ ἐπ' αὐτῇ δεδοξασμένα, ὑπ' αὐτῶν ἱεουργηθέντα καὶ ἀνυμνηθέντα, τὰ θεόθεν ἀποκαλυφθέντα αὐτοῖς ἀπόρρητα μυστήρια, τὰ δωρηθέντα διάφορα χαρίσματα καὶ μυσταγωγηθέντα δι' αὐτῆς, κρείττονα ἀριθμοῦ ἰάματα; Διὸ δὴ καὶ ὡς μήτηρ πανένδοξος τοῦ χορηγοῦ τῆς ζωῆς καὶ ἀθανασίας Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ ζωοποιεῖται ὑπ' αὐτοῦ, σύσσωμος ἐν ἀφθαρσίᾳ εἰς αἰῶνας, τοῦ ἐκ τάφου ἐγείραντος, καὶ προσλαβόντος αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν, ὡς αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσται, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1711

sanctis angelis divinisque apostolis gestatum et hymnis celebratum ad laudem et gloriam Filii eius Dei nostri: quod composuerunt in vitae hospite monumento, in loco, qui dicitur Gethsemani, oculati testes ipsi, qui fuerunt ministri Verbi, et qui cum ipsis erant sancti, qui in ea re id consilium inierunt, ut per ipsam propitium erga nos redderent optimum et iustum iudicem, qui ex ea prodiit, Christum Deum; qui e coelo cum gloria et fulgure venturus est, et illic futurus, ubi prophetice denuntiatur, ut per sanctos angelos una cum ipsis divinis apostolis iudicet vivos et mortuos.

PG
86bis
3311

XIV. Verum quanam intelligentiae comprehensio aut dicendi vis assequi poterit et pro dignitate laudare omnia illa sacratissima et incomprehensibilia, quae ad eius gloriam per eos gesta et laudibus celebrata sunt, et quae illis divinitus revelata sunt secreta mysteria, diversaque dona distributa, et remedia innumera, quibus illa tamquam sacris eos initiavit? « Igitur ut gloriosissima Mater Christi Salvatoris nostri Dei, vitae et immortalitatis largitoris, ab ipso vivificatur, in aeternum concorporea in incorruptibilitate, qui illam a sepulcro suscitavit et ad seipsum assumpsit, ut ipse solus novit »;¹ cui gloria et imperium cum Patre, et sancto Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

1711

¹ Inter virgulas significamus locum quem Pius PP. XII refert in Constitutione Apostolica *Munificentissimus Deus* (vide *A.A.S.* 42 [1950] 761).